

Conventus vorgesehen sind.

Bei den Inschriften selber findet man außer einem Hinweis auf die Nr. im alten CIL II Typ, Beschreibung sowie Fundstätte und Aufbewahrungsort. An den eigentlichen Inschriftentext schließen sich ein Hinweis auf Photographie oder Mikrofiche, Kommentar, Datierung und die Kürzel des jeweiligen Autors an. Der Inschriftentext ist kursiv, der originalen Zeileneinteilung folgend mit den üblichen Zeichen und Abkürzungsauflösungen geschrieben, wobei nur Eigennamen mit Großbuchstaben anfangen. Entgegen der heute üblichen Handhabung allerdings wird auf moderne Interpunktionsverzichtet, und statt dessen werden die antiken Worttrenner wiedergegeben. Dies erschwert bisweilen die Benutzung unnötigerweise, etwa bei Namenlisten wie in 7, 547 oder bei verschachtelten Konstruktionen wie in 7, 250 oder in 14, 89, einer sehr ausführlichen christlichen Inschrift. Bei einer Reihe von Inschriften würde man sich einen etwas ausführlicheren Kommentar wünschen: In 7, 8a beispielsweise ist *C(ornelia)* ergänzt ohne Begründung, dafür aber mit einer alternativen Auflösung, in 14, 337 a treten in Bezug auf die Namen Unstimmigkeiten auf.

Abgesehen von diesen kleineren Mängeln - bei einem Werk dieses Umfanges lassen sich wohl kaum alle Unvollkommenheiten ausmerzen - haben wir aber unbestritten ein fundiertes Arbeitsmaterial in der Hand, und man kann nur hoffen, daß die Neueditionen aller weiteren Teile des CIL ebenso schnell und zuverlässig erscheinen.

*Uta-Maria Lieritz*

*Inscriptiones Sanctae Sedis 1: Index inscriptionum Musei Vaticani: 1. Ambulacrum Iulianum sive "Galleria Lapidaria". Compositus Ivan Di Stefano Manzella. Ex Officina Libraria Pontificia, in Civitate Vaticana 1995. 272 p.*

In Museo Vaticano plurimi adservantur tituli tam Latini quam Graeci, qui non solum propter numerum et argumenti varietatem excellent sed etiam eo nobiles sunt, quod iam dudum diligenter collecti et dispositi sunt eoque ipso rei epigraphicae et scientiae antiquitatis valde profuerunt. Celeberrimi sunt tituli quos iuxta septentrionem Ambulacri q. d. Iuliani (sic primum a Iulio II dicti, qui id anno 1504 "Pontificum commoditati" aedificandum curaverat) Caietanus Marinius, indefessus studiosus rei epigraphicae, XVIII saeculo exeunte disponere coepit. Formam ferme hodiernam haec collectio anno iam 1805 habuit, postquam cura et studio eiusdem Marini omnes tituli ex diversis locis in parietibus Ambulacri translati sunt. Marinio ex Roma anno 1808 expulso, quod valde dolendum est, alii collectionem curae habuerunt. Postea collectio sensim aucta est ita, ut tituli in 35 parietibus divisi hodie sint numero 3414, maxima ex parte urbani, quamquam haud pauci sunt tituli, qui in Latio tam vetere quam adiecto aliisque regionibus innotuerunt (CIL IX, X, XI, XIV). Numeri inventarii medio fere saeculo nostro demum ad titulos adscripti sunt. Nuper marmora quaedam locum in *Galleria Lapidaria* (ut Ambulacrum nunc generatim appellatur) mutaverunt aut in alias collectiones translata sunt. Praeter permultos auctores Lapidarium Vaticanum memorantes fontes varii generis ad historiam collectionis pertinentes in tabulariis codicibusque Vaticanis exstant (vide praefationem pp. 11 sq.).

Insunt his indicibus partes hae: 1. Index topographicus, in quo proponuntur tituli omnes pagani et Christiani, et Latini et Graeci, secundum dispositionem eorundem in

parietibus (vide etiam quae de parietibus numerandis titulisque in eis collocandis auctor p. 12 exposuit); 2. Index inventarii, ubi tituli secundum numerum inv. enumerantur; 3. Index bibliographicus, qui titulos per corpora editiones operaque recentiora congregat. In hoc indice etiam tituli falsi, exempla novicia tam in eodem Museo Vaticano quam extra Vaticanum servata atque tituli fortasse genuini vel novicii vel errore falsi iudicati in tabulas referuntur. Notandum tamen est auctori in animo non fuisse supplementum bibliographicum conscribere (quod ei "in alio volumine, Deo adiuvante, componendum est", p. 12).

Tabulae imagines photographicas summae laudis continent indicem concludunt. De his animadvertisendum est litteras titulorum anno iam 1806 a pictore quodam pennicillo rubro colore pictas esse. Cum tamen pictorem illum ut Latini sermonis imperitum formas litterarum evanidas et incertas saepius perperam pinxisse appareat, caute et prudenter imagines inspiciendae sunt. Quoquo modo res se habet, manifestum est has imagines omnibus rerum epigraphicarum studiosis utilitatem haud exiguum allaturas esse.

Caietanus Marinius utinam hoc opus aspicere manuque tenere potuisset! Tam magni enim momenti est tantaque virtute, ut ille vir doctus laudibus a nostris vix differentibus id extulisset. Post hoc opus felicissime confectum nihil aliud restat, nisi ut speremus alterum quoque volumen eiusdem auctoris spectans ad titulos antiquos antea in *Museo Laterano* nunc in Vaticano adservatos mox publici iuris fieri.

*Mika Kajava*

MATTEO MASSARO: *Epigrafia metrica latina di età repubblicana*. Quaderni di "Invigilata Lucernis" Istituto di Latino - Università di Bari 1, 1992

Un libro simpatico del giovane latinista barese, già noto dalle Concordanze dei Carmina Latina epigraphica. Esso contiene molte considerazioni interessanti, anche se la dimostrazione qua e là è si dilunge un po' troppo. Apre con considerazioni generali sulla metrica; n 5 l'autore discute per es. sulle ragioni della scelta per es. della diffusione epigrafica del senario giambico e delle ragioni della sua scelta (tradizione letteraria e tradizione epigrafica hanno seguita prassi diverse). La parte principale del volume è occupata dall'interpretazione di tre carmi epigrafici, tutti e tre di Roma. L'autore offre, oltre al testo e alla traduzione di ciascuna delle tre iscrizioni, una presentazione generale e un'analisi delle particolarità (orto)grafiche e morfologiche, un esame metrico nonché un diffuso (a volte forse anche troppo) commento prevalentemente letterario e lessicale. Insomma un libro interessante ed utile.

*Heikki Solin*

FRANCES VAN KEUREN: *The Coinage of Heraclea Lucaniae*. Archaeologica 110. Giorgio Bretschneider Editore, Roma 1994. 100 p., xxv pl. ITL 250.000.

This book fills up a considerable gap in modern studies on the coinage of Heraclea in South Italy (now Policoro). Van Keuren's *Coinage* is in fact the first attempt to provide a complete catalogue of all known coin types of the various denominations from the city.